

Die Knappen Ulrich und Othrave v. Berfeld verkaufen dem Ritter Ludolf v. Hohnhorst ihren Hof zu Warmbüttel, und bemerken, daß der Käufer denselben der Pfarre zu Meinersen zur Benutzung überwiesen habe. 1358, März 25.

In nomine Domini Amen. Nos Olricus et Otraven, filius suus, famuli, dicti de Bervelde <sup>1)</sup>, tenore presencium recognoscimus et sub appensione nostrorum sigillorum firmiter protestamur, quod unanimi voluntate ac consensu omnium heredum nostrorum, quorum interest seu intererit quomodolibet in futurum, vendidimus ac justo vendicionis tytulo vendimus unam nostram curiam, sitam in villa Wermebutle <sup>2)</sup>, cum omnibus suis attinenciis ac fructibus universis tam intra quam extra villam, prout eam a nostris progenitoribus tenuimus et usque huc possedimus, pro V marcis cum dimidia examinati argenti, nobis in prompto solutis, strenuo militi Ludolfo de Honhorst; dictam vero curiam idem Ludolfus miles conscia uxore sua ad usus plebani in Meynerzem racione capelle ante castrum Meynerzem ab eo constructe legavit, dimisit ac donavit perpetuis temporibus possidendam. Nos vero nostrique heredes nichil juris amplius reservabimus curia in eadem, ipsam vero curiam una cum nostris compromissoribus, avunculis nostris, Boldewino et Otraven, fratribus ac famulis dictis de Wenden, ab omni onere inquietacionis, impediacionis seu inpeticionis qualiscunque, quando et quocienscunque requisiti fuerimus, disbrigabimus infra quindenam, ad quod nos in solidum obligamus. Nos vero Boldewinus et Otraven, fratres de Wenden prenominati, promisimus et fide data promittimus, omnia et singula premissa firmiter servaturos. Ut igitur presens vendicio et contractus invio-

<sup>1)</sup> Die v. Berfeld waren Burgmänner zu Meinersen. Bergl. Urf. *N<sup>o</sup>. 17.*

<sup>2)</sup> Warmbüttel, in der Stiftsfehde verwüstet, gehörte zum Kirchspiele Reiferde. Braunschw. Anz. 1758. S. 1237. S. auch Urf. *N<sup>o</sup>. 26.*